



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Thomæ A Kempis Canonici Regularis Ord. S. Augustini De  
Imitatione Christi Libri Quatuor**

**Thomas <von Kempen>**

**Coloniæ, 1723**

VIII. De cavenda nimia familiaritate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45773](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-45773)

3. Non te reputes aliis meliorem, ne fortè coram Deo deterior habearis, qui scit, quid est in homine.

Non superbias de operibus bonis: quia aliter sunt judicia Dei , quām hominum ; cui sāpē displiceret, quod hominibus placet.

Si aliquid boni habueris , crede de aliis meliora , ut humilitatem conserves.

Non nocet , si omnibus te supponas: nocet autem plurimum , si vel uni te præponas.

Jugis pax cum humili : in corde autem superbi , zelus & indignatio frequens.

## C A P U T VIII.

### *De cavenda nimia familiaritate.*

1. **N**ON omni homini reveles cortuum: sed cum sapiente & timente Deum age causam tuam.

Cum juvenibus & extraneis rarus esto.

Cum divitibus noli blandiri ; & coram

coram magnatibus non libenter appreas.

Cum humilibus & simplicibus,  
cum devotis & morigeratis, sociare:  
& quæ ædificationis sunt, pertracta.

Non sis familiaris alicui mulieri;  
sed in communi, omnes bonas mu-  
lieres Deo commendata.

Soli Deo & Angelis ejus opta fa-  
miliaris esse; & hominum notitiam  
devita.

2. Charitas habenda est ad omnes,  
sed familiaritas non expedit.

Quandoque accidit, ut persona  
ignota, ex bona fama lucecat: cu-  
jus tamen præsentia oculos intuen-  
tium offuscatur.

Putamus aliquando aliis placere  
ex coniunctione nostra; & incipi-  
mus magis displicere, ex morum  
improbitate in nobis considerata.

### C A P U T I X.

#### *De obedientia & subjectione.*

1. **V**ALDE magnum eit, in obe-  
dientia stare, & sub Præla-  
to vivere, & sui juris non esse.

Multò